

quam : neque enim fieri potest, ut ea quæ jam corrupta sunt, salis purificatione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibi quæ tradita, atque ab illa jam putredine liberata, aspergebant sale, et in ea novitate conservabant, quam a Domino susceperant. Liberare quippe a putredine peccatorum, Christi virtutis est : ut autem ad illa iterum non revertantur, Apostolorum cura est ac laboris. Te Deum. 17.

In ij. Vesp. fit com. S. Agnetis, ut infra.

DIE XXVIII. JANUARI.
Sancto Agnetis secundo.

Pro comm. Aña. Stans a dextris ejus agnus nive candidior, Christus sibi sponsam et martyrem consecravit. Spécie tua, et pulchritudine tua. Intende, prospere procede, et regna.

Oratio.

Deus, qui nos annua beata Agnetis virginis et martyris tuæ solemnitate laificas : da quaesumus, ut, quam veneramur officio, etiam pia conversationis sequamur exemplo. Per Dominum.

Ad Matutinum, lavat. et Hymn. de Communi Virginum. lxxxix.

Nocturnum Feria currentis, s. et duo a. ex Nocturnis Festi, eo ordine, quo sumuntur Re-

sponsoris ex Communitibus Sanctorum in aliis Festis Simplicibus, ut dicitur in Rubrica de Responsoriis.

Lectio ij.

BEATA AGNES, parentibus assidue vigilantibus, quadam nocte choro virginum comitata cum apparisset, sic ad eos locuta dicitur : Ne me parentes mortuam lugeatis : nam una cum his virginibus vivo apud illum in cælis, quem in terris tota mente diléxi. Cum aliquot post annos Constantia, Constantini Imperatoris filia, insanabili ulcere medicinam quaerens, nondum Christiana, ad idem sepulchrum accessisset : obdormiscens sibi audire visa est vocem hanc Agnetis : Constante age, Constantia : crede in Jesum Christum Filium Dei, qui te sanam faciet. Quæ sanata, paulo post una cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi Ecclesiam nómine beatae Agnetis edificavit. Te Deum. 17.

Ad Laudes. Aña. Ingressa Agnes, cum reliquis ut in die Festi. 481. Capit. et Hymnus ut in die Festi. 481.

Diffusa est grátia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus, Aña. Ecce quod concupivi, jam video ; quod speravi, jam teneo : ipsi sum juncta in cælis, quem in terris posita, tota devotione diléxi.

Similiter et ad Horas omnia dicuntur, ut annotatur in Festo, præter Orationem, qua dicitur ut supra, et deinceps post Nonam nihil fit de ea.

DIE XXIX. JANUARI.
In Festo S. Francisci Salesii Episc. et Confess. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. ij, præter seq. In Hymn. iste Confessor, mutatur tertius Versus.

Oratio.

Deus, qui ad animarum salutem beatum Franciscum Confessorem tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti : concede propitius ; ut charitatis tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus munitis, ac suffragantibus méritis, æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

In j. Nocturno Lect. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio ij.

FRANCISCUS in oppido Salsio, unde familiæ cognómen, piis et nobilibus parentibus natus ; a teneris annis futuræ sanctitatis indicia præbuit, mox innocentia et gravi-

tate. Adolens liberalibus disciplinis eruditus ; mox Philosophiæ ac Theologiæ Parisiis operam dedit : et ne quid sibi deesset ad animi culturam, Juris utriusque lauream summam cum laude Patavii obtinuit. In sacra æde Laurentiana perpetuæ virginitatis votum, quo pridem Parisiis se obstrinxerat, innovavit : a cujus virtutis proposito nullis umquam demonum fraudibus, nullis sensuum illecebris potuit dimoveri.

Invénit David.

Lectio v.

RECUSATA in Sabaudum Senatum amplissima dignitate, Clericali militiæ nomen dedit : tum Sacerdótio initiatus, et Genévensis Ecclesiæ præposituram adeptus, ejus muneris partes adeo perfecte explevit, ut eum Granærius Episcopus vindicandis ab hæresi Calviniana Chaballencibus, aliisque Genévæ finitimis populis, divini verbi præconem destinavit. Quam expeditionem alacri animo suscipiens, asperissima quæque perpassus est, sæpe ab hæreticis conquistus ad necem, varisque calumniis et insidiis veratus. Sed inter tot discrimina et agones, insuperabilis ejus constantia semper enituit : Deique ope protectus, septuaginta duo

millia hæreticorum ad Catholicam fidem reduxisse dicitur, inter quos multi nobilitate et doctrina insignes numerantur.

Posui adjutorium.

Lectio vj.

Marco Granerio, qui eum sibi coadjutorem decerni curaverat, Episcopus consecratus, sanctitatis sua radios circumquaque diffudit, zelo Ecclesiasticæ disciplinæ, pacis studio, misericordia in pauperes, omnique virtute conspicuus. Ad divini cultus augmentum novum Ordinem sanctimonialium instituit, a Visitatione beatæ Virginis nuncupatum, sub regula sancti Augustini; cui addidit constitutiones sapientia, discretione, et suavitate mirabiles. Suis etiam scriptis cælesti doctrina referis, Ecclesiæ illustravit, quibus iter ad Christianam perfectionem tutum et planum demonstrat. Annum deniqueagens quinquagesimum quintum, dum e Gallia Annesium regressurus, post Sacrum in die sancti Joannis Evangelistæ Lugduni celebratum, gravi morbo correptus, sequenti die migravit in cælum, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Ejus corpus Annesium delatum, in Ecclesia Monialium dicti Ordinis honori-

fice conditum fuit, corpique statim miraculis clarescere. Quibus rite probatis, ab Alexandro Septimo Pontifice Maximo in Sanctorum numerum relatus est, assignata ejus festivitate die vigesima nona Januarii. Iste est.

In iij. Nocturno Homilia in Evang. Homo peregre proficiscens, ut in Comm. Cont. Pont. lx.

In ij. Vesperis cum seq.

DIE XXX. JANUARIi.
In Festo sanctæ Martine
Virginis et mart.

Semiduplex.

Ant. Veni. 7. Spæce.

Oratio.

Deus, qui inter cetera potentia tua miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut, qui beatæ Martine virginis et martyris tue natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Nisi Festum S. Martine transferri contingat: tunc enim in primis Vesperis (si a Capit. fiat de eodem Festo) et in secundis (si non sequatur Festum Semiduplex) dicitur Hymn. Martine celebri, usque ad Quærit præmia, et in fine A nobis abigas. Et ad Matutinum dicitur Hymnus. Non illum, usque in finem. Si vero non transferatur; ad Matutinum erit Hymnus ut infra.

Ad Matutinum. Hymnus.

Martine celebri plaudite nomeni;
Cives Romulei; plaudite gloriæ;
Insignem meritis dicite virginem;
Christi dicite martyrem.

Hæc dum conspicuis orata parentibus;
Inter delicias, inter amabiles

Luxus illecebras, ditibus affluit;
Faustæ maneribus domus.

Vita despiciens commoda, dedit
Se rerum domino, et munificam
Christi pauperibus distribuens opes;
Quærit præmia Cælestium.

Non illam crucians ungula, non fera;
Non virga horribili vulnere commovent;
Hinc lapsi e Superum sedibus Angeli

Cælesti dape recreant. Quin et posita savitie leo Se rictu placido projicit ad pedes:
Te Martine tamen dans gladius neci
Cæli cœtibus inserit.

Te; thuris redolens ara vapouribus;
Que fumat, precibus jugiter invocat,
Et falsum perimens aspiciam, tui Delet nomeni omine.

A nobis abigas lubrica gaudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une et Trine: tuis da famulatis jubar,
Quo clemens animos beas, Amen.

In primo Nocturno. Lect. de Scripto. occur.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Martina virgo Romana, patre consulari, illustri genere nata, teneris adhuc annis orbata parentibus, Christiana pietatis ardore succensa, divitias quibus affluebat, mira in pauperes liberalitate distribuit. Sub Alexandro Principe, cum deos inanes colere juberetur, immånæ facinus summa libertate detestatur. Quapropter iterum atque iterum affecta verberibus, unciis, ungulis ferreis, testarum fragmentis lacertata, acutissimis gladii membratim concisa, adipe serventi peruncta, demum in amphitheatro damnatur ad bestias: a quibus illæsa divinitus evadens, in ardentem rogam injecta, incolumis pari beneficio servatur.

Propter veritatem. Lectio vj. ejus tortoribus nonnulli, miraculi novitate correpti, Dei aspirante gratia, Christi fidem amplæxi, post cruciatum

gloriosam martyrii pal-
mam capitis abscissione
promerere. Ad ejusdem
preces nunc terramotibus
exortis, nunc ignibus et
celo tonante delapsis,
deorum templa prostrata
sunt, et simulacra con-
sumpta. Interdum ex vul-
neribus lac cum sanguine
eripit, splendorque ni-
dissimus, ac suavissimus
odor e corpore emanavit:
interdum sublimis regia
in sede divinis laudibus
una cum Cœlitibus inter-
esse visa est.

R. Dilexisti justitiam.

Lectio vj.

Hisce prodigiis, ejusque
in primis constantia,
acriter permotus judex,
caput virginis amputari
præcepit: qua perempta,
auditaque de celo voce,
qua ad Superos evoca-
batur, Urbs tota contrê-
mit, ac multi idolorum
cultores ad Christi fidem
conversî sunt. Sacrum
Martine corpus, sedente
sancto Urbano primo, marty-
rio affectum, Urbano
Octavo Pontifice Maximo,
in pervetusta ejusdem Ec-
clesia, ad Mamertinum
carcerem, in Capitolini
clivi radicibus, cum san-
ctorum martyrum Concor-
dii, Epiphânii, et sociô-
rum corporibus repertum,
eodem loco in meliorem
formam redacto, atque
decensius ornato, magno
populi concursu, totius

Urbs lætitia, solèmnî ritu
ac pompa repositum est.
R. Afferentur Regi.

*In iij. Nocturno Homi-
lia in Evang. Smile erit,
de Communi. xvij.*

Ad Landes. Hymnus.

Tu natale solum protege,
tu bona
Da pacis requiem Christia-
dum plagis:
Armorum strépitus, et fera
prælia

In fines age Thracios:

*Et regum socians ægmi-
na sub Crucis*

Vexillo, Solymas nexibus

exime,

*Vindexque innocui sân-
guinis hósticum*

Robur funditus erue.

Tu nostrum còlumen, tu

decus inclytum,

*Nostrarum obsèquium ré-
spice mentium:*

*Romæ vota libens excoi-
pe, quæ pio*

Te ritu canit, et colit.

A nobis abigas lûbrica

gaudia

*Tu, qui Martyribus dex-
ter ades, Deus*

*Une et Trine; tuis da fâ-
mulis jubar,*

Quo clemens animos

beas, Amen.

Vesperæ de seq. cum

comm. præcedentis.

DIE XXXI. JANUARI.

In Festo S. Petri Nolasci

Oratio Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comm. Conf.

*non Pont. lxx. præter se-
quentia.*

*In Hym. ste Confessor,
cuntatur tertius versus.*

Oratio.

Deus, qui in tug chari-
tatis exemplum, ad
fideliùm redemptionem,
sanctum Petrum Ecclésiã
tuam nova prole fecun-
dare divinitus docuisti:
ipsius nobis intercessiõe
concede a peccati servi-
tute solutis, in cœlesti
patria perpétua libertate
gaudere. Qui vivis.

*Deinde sit com. S. Mar-
tine virginis, Aña. Veni.*

Diffusa. Oratio. Deus,

qui inter. 500.

*In primo Nocturno Le-
ctiones de Script. occur-*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus Nolascus, Re-
caudi prope Carcaso-
nam in Gallia nobili gê-
nere natus, singulari erga
proximum charitate excél-
luit, Cujus virtutis præ-
sagium fuit, quod cum
adhuc in cunabulis vagi-
ret infans, examen apum
ad eum convolvit, et fa-
vum mellis in ejus dex-
tera construxit. Adolèscens
parentibus orbatus, Albi-
génsium hæresim, que
tunc in Gallia grassaba-
tur, execrans, divendito
patrimonio, in Hispaniam
secëssit; et apud beatam
Virginem Montis Serrati
votum, quo pridem se ob-
strinxerat, exolvit. Tum
Barcinonam pergens, cum
Christi fidelibus ab hó-

stium servitute redimén-
dis omnem pecuniam con-
sumpsisset, seipsum pró
sibi liberandis venum ire,
aut in illorum vincula súf-
fici, capere dicitabat.
R. Honestum fecit.

Lectio v.

Quam gratum Deo fuerit
hoc sancti viri desi-
derium, subseqens
declaravit événtus: nam
noctu oranti, et de Chri-
stianorum in captivitate
degenium subsidio multa
animovolenti, beata Virgo
apparens, filio suo sibi-
que acceptissimum fore
suggessit, si ad sui hono-
rem Religiosorum Ordo
institueretur, quibus præ-
cipue esset cura captivos
ab infideliùm tyrannide
liberare. Huic cœlesti mó-
nito silico obtemperans,
una cum sancto Raymún-
do de Pennafort, et Jacobo
primo Rege Arragóniæ,
de eadem re a Dei Genitricè,
ipsa nocte præmonitis,
Religionem beatæ Mariæ
de Mercède Redemptionis
Captivorum instituit: so-
daliibus suis quarto voto
obstrictis manendi in pi-
gnus sub Paganorum po-
testate, si pro Christia-
norum liberatione opus
fuerit. *R. Amavit.*

Lectio vi.

Enno virginitalis voto,
illibatam perpétuo cas-
titem servavit. Patièn-
tia, humilitate, abstinèn-
tia, ceterisque virtutibus

mirabiliter eniuit. Prophetia dono illustris, futura praeditur: inter qua maxime celebratur, quod Jacobus Rex Valentiam a Mauris occupatam expugnauerit, accepta prius ab eo obtinenda victoria securitate. Angeli Custodis; ac Despaira Virginis frequentem apparitione recreabatur. Senio tandem confectus; de imminente morte certior factus, in morbum incidit, sanctisque refectus Sacramentis. fratres suos ad charitatem erga captivos cohortatus; et Psalmum, Confitebor tibi Domine, in toto corde meo; devotissime recitans; ad illa verba, Redemptionem misit Dominus populo suo, spiritum Deo reddidit, media nocte Vigilia Nativitatis Domini, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Cujus festivitatem Alexander septimus die trigesima prima Januarii celebrari praecipit. a. Iste.

In iii. Nocturno Homilia in Evang. Nolite timere, de Com. ij. loco. lxxix.

In ij. Vesp. fit comm. S. Ignatii Episc. et mart.

FESTA FEBRUARII.
Prima die non impedita dicitur Officium Defunct. DIE I. FEBRUARII.

In Festo sancti Ignatii Episcopi, et martyris. Semiduplex.
Añ. Isc. Gloria.

Oratio.

INFRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus propriae actionis gravat, beati Ignatii martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dñm.

In j. Nocturno Lect. de Scriptura occurrente.

In secunda Nocturno. Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri de Scripturis Ecclesiasticis.

Lectio iv.

IGNATIUS Antiochena Ecclesiae tertius post Petrum Apostolum Episcopus, cominvente persecutionem Trajano, damnatus ad bestias, Romam vincitus mittitur. Cumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus auditor Joannis, Episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios; alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos; et inde egredivens scripsit ad Philadelphios, et ad Smyrnacos; et propriam ad Polycarpum, commendans illi Antiochenam Ecclesiam: in qua et de Evangelio, quod nuper a me translatum est, super persona Christi ponit testimonium. a. Honestum fecit.

Lectio v.

DIGNUM autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de epistola ejus, quam ad Romanos

scribit, pauca ponere. De Syria usque ad Romam pugno ad bestias in mari et in terra, nocte dieque ligatus cum decem leopardis, hoc est militibus, qui me custodiunt: quibus et cum benefeceris, peiores sunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina est: sed non dicere justificatus sum. Utinam fruar bestiis, quae mihi sunt preparata! quas et oro mihi veloces esse ad interitum, et ad supplicia, et allici ad comedendum me, ne, sicut et aliorum Martyrum, non audeant corpus attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me urgebo, ut devorer. Ignoscite mihi filii: quid mihi prosit, ego scio.

Desiderium animae.

Lectio vi.

Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his, quae videtur, desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestia, contractio ossium, et tota tormenta diaboli in me veniant: tantum ut Christo fruar. Cumque jam damnatus esset ad bestias, et ardore patientis rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiaram molar, ut panis mundus inveniar. Passus

est anno undecimo Trajani. Reliquia corporis ejus Antiochiae jacent extra portam Daphniticam, in cimetério. a. Stola.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 12. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 31. in Joan.

Ipse Dominus Jesus erat granum mortificandum et multiplicandum: mortificandum infidelitate Judaeorum, multiplicandum fide populorum. Jam vero exhortans ad passionis sum sectanda vestigia: Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest. Qui amat, perdet: id est, si amas, perdes. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem temere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam: noli amare, ne perdas; noli amare in hac vita, ne perdas in aeterna vita. a. Corona aurea super caput ejus. Expressa signa sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. Quoniam praeveneris eum

in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa signo sanctitatis gloria honoris, et opus fortitudinis.

Lectio vij.

Hoc autem, quod potestis dixeris, magis habere videtur Evangelicus sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Ergo quod supra dictum est, Qui amat, subinteligitur, in hoc mundo, ipse utique perdet: qui autem odit, utique in hoc mundo, in vitam aeternam ipse custodit eam. Magna et mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdat amando.

A. Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas iudicum non timuit, nec terrae dignitatis gloriam quaesivit, sed ad caelestia regna pervenit. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Qui. Gloria Patri. Qui.

Lectio ix.

Sed vide ne tibi subrepat, ut te ipsum velis interimere, sic intelligens

do, quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque perversi homines, et in seipsis crudeliores et sceleratiores homicidae, flammis se donant, aquis se praeficiunt, praecipitio se collidunt, et pereunt. Hoc Christus non docuit: immo etiam diabolo praecipitium suggerenti respondit: Redi retro satanas: scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit, significans qua morte clarificaturus erat Deum: Cum esses junior, cingebas te, et ambulabas quo volebas: cum autem senteris, alter te cinget, et feret quo tu non vis. Ubi satis expressit, non a seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi. Te Deum laudamus. 17.

Vesperae de seq. sine comm. praec.

DIE II. FEBRUARII.

In Festo Purificationis

B. Mariae Virginis.

Duplex ij. Classis.

¶ Si hoc Festum incidit in aliquam ex Dominicis privilegiatis, tunc transferendum erit in sequentem diem, id est, in Feriam secundam, tamquam in sedem propriam, translato quoque Festo etiam aequalis, non tamen altioris ritus, in eam incidente.

Ad Vesperas; Añæ.

1. O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

Psalmi ut in Festis B. M. cxxxvij.

2. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impleta sunt Scripturae: sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum: te laudamus Deus noster.

3. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei Genitrix, intercede pro nobis.

4. Germinavit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo peperit Salvatorem, te laudamus Deus noster.

5. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi, alleluia.

Capitulum. Malach. 5.

Ecce ergo mitto Angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator quem vos quaeritis, et Angelus testamenti quem vos vultis.

Hymnus. Ave Mariae stella, ut cxi.

3. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto. Non visurum se mortem, nisi videret Christum Dominum.

Ad Magnificat; Añæ.

1. Senex puerum portabat, puer autem senem regēbat: quem virgo peperit, et post partum virgo permansit: ipsum, quem genuit, adoravit.

Oratio.

CONNIPOTENS sempiternus Deus, majestatem tuam supplices exoramus: ut, sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostrae carnis substantia in templo est presentatus; ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Completorium et per Horas, in fine Hymni dicitur: Jesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine.

Ad Matutinum, Invitat. Ecce venit ad templum sanctum suum Dominator Dominus: Gaude et latitare Sion, occurrens deo tuo. Psalm. Venite, exultemus. 2.

Hymnus, Añæ, Psalmi et 77. Nocturnorum dicuntur ut in Festis B. M.

In primo Nocturno.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 15.

Iccurrus est Dominus ad Moysen, dicens: Sanctifica mihi omne primo-

génitum: quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis: mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad populum: Cum introduxerit te Dóminus in terram Ghananai, sicut jurávit tibi et patribus tuis, et dederit tibi eam: separabis omne quod aperit vulvam, Dómino, et quod primitivum est in pecóribus tuis: quidquid habueris masculini sexus, consecrabis Dómino. Primogénitum ásini mutabis ove: quod si non redemeris, interficies. Omne autem primogénitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.

Adórna thálamm tuum Sion, et suscipe Regem Christum: Quem virgo concepit, virgo peperit, virgo post partum, quem genuit adorávit. Accipiens Simeon puerum in manibus, grátias agens benedixit Dóminam. Quem virgo.

De libro Levitici.

Lectio ij. Cap. 12.

Locutus est Dóminus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, et dicas ad eos: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis mênstruæ. Et die octavo circumcidetur infántulus: ipsa vero triginta tribus diebus manebit

in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuárium, donec impléantur dies purificationis suæ. Sin autem fémnam pepererit, immunda erit duabus hebdomádibus, juxta ritum fluxus mênstrui, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.

Postquam impléti sunt dies purgationis Mariæ, secúndum legem Moysi, tulérunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Dómino: Sicut scriptum est in lege Dómini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Dómino vocabitur. Obtulérunt pro eo Dómino par túrturum, aut duos pullos columbárum. Sicut.

Lectio ij.

Quocumque expléti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filia, deferet agnum annuiculum in holocaustum, et pulum columba sive túrturum pro peccato, ad ostiú tabernáculi testimonium, et tradet sacerdoti, qui offeret illa coram Dómino, et orabit pro ea, et sic mundabitur a profúvio sanguinis sui. Ista est lex patrisnt masculum aut fémnam. Quod si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, sumet duos túrtures vel

duos pullos columbárum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur.

Obtulérunt pro eo Dómino par túrturum, aut duos pullos columbárum. Sicut scriptum est in lege Dómini. Postquam autem impléti sunt dies purgationis Mariæ, secúndum legem Moysi, tulérunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Dómino. Sicut. Gloria Patri. Sicut.

in secundo Nocturno. Sermo sancti Augustini Episcopi.

Lectio iv.

Serm. 13. de Temp.

Sicut olim prædictum est: Mater Sion dicit: Homo et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. Omnipotentia nascéntis! o magnificéntia de celo ad terram descendéntis! Adhuc in útero portabatur, et ex útero matris a Joanne Baptista salutabatur. In templo presentabatur, et a Simeone sene, famoso, annoso, probato, coronato agnoscebatur. Tunc cognóvit, tunc adorávit, tunc dixit: Nunc, Dómine, dimittis servum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Simeon justus et timorátus expectabat redemptionem Israel: Et Spiritus sanctus erat in

eo. Respósum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Dómini. Et Spiritus.

Lectio v.

Differrebat exire de seculo, ut videret natum, per quem conditum est seculum. Agnovit infántem senex, factus est in pterio puer. Innovátus in etáte, qui plenus erat pietate. Simeon senex ferebat Christum infántem: Christus regébat Simeónis senectútem. Dictum ei fíerat a Dómino, quod non gustáret mortem, nisi videret Christum Dómini natum. Natus est Christus, et implétum est desiderium senis mundi ipsius senectúte. Ipse ad senem hóminem venit, qui mundum inveterátum invenit.

Respósum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Dómini: Et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum Dómine. Cum indeceret puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secúndum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in ulnas suas. Et.

Lectio vj.

In isto quidem seculo diu esse volebat, et Christum in hoc seculo videre cupiebat, cantans

cum Propheta, et dicens: Homilia sancti Ambrósii
Ostende nobis, Domine,
Episcopi.
misereridiam tuam, et
Lib. 2. Com. in Lucæ 2.
salutare tuum da nobis.
Et ecce homo erat in
Denique, ut noveritis ita
esse istus letitiam, conc
clisit, dicens: Nunc di
mittis servum tuum in
pace: quia viderunt oculi
mei salutare tuum. Prop
pheta cecinerunt Condi
torem cœli et terræ in ter
ra cum hominibus futu
rum: Angelus nuntiavit
Creatorem carnis et spiri
tus in carne venturum:
salutavit Joannes ex utero
in utero Salvatorem: Si
meon senex Deum agnovit
infantem.

¶ Cum inducerent puerum
Jesum parentes ejus in
templum, ut facerent
secundum consuetudinem
legis pro eo, accepit eum
Simeon in ulnas suas, et
benedixit Deum, dicens: *
Nunc dimittis Dne servum
tuum in pace. **¶** Susci
piens Simeon puerum in
manibus, exclamavit, di
cens. Nunc. Gloria Patri.
Nunc.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii
secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2. c.
In illo tempore: Post
quam implati sunt dies
purgationis Mariæ secun
dum legem Moysi, tulerunt
Jesum in Jerusalem, ut
sisterent eum Domino,
sicut scriptum est in lege
Domini. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi.
Lib. 2. Com. in Lucæ 2.
Et ecce homo erat in
Simeon, et homo iste ju
stus et timoratus, exp
ctans consolatiorem Isra
rael. Non solum ab Ang
elis, et Prophētis, et a
pastoribus, sed etiam a
senioribus et justis gene
ratio Domini accepit testi
monium. Omnis aetas, et
uterque sexus, eventor
umque miracula fidem
astruunt. Virgo generat,
sterilis parit, mutus lo
quitur, Elisabeth proph
etat, Magus adorat, utero
clausus exultat, vidua con
fiteatur, justus expectat.

¶ Suscipiens Jesum in
ulnas suas Simeon, ex
clamavit, et dixit: * Tu
es vere lumen ad illumi
nationem Gentium et gl
riam plebis tue Israel. **¶**
Cum inducerent puerum
Jesum parentes ejus, et
ipse accepit eum in ulnas
suas, et benedixit Deum,
et dixit. Tu. **Benedictio.**
Cujus festum colimus,
ipsa Virgo virginum.

Lectio vij.
Et bene justus, qui non
suam, sed populi gratiam
requirerat, cupiens
ipse corporeæ vinculis fra
gilitatis exolvi, sed exp
ctans videre promissum:
sciebat enim quia beati
oculi qui eum viderent. Et
ipse accepit eum in ulnas

suas, et benedixit Deum,
et dixit: Nunc dimitte ser
vum tuum Domine secun
dum verbum tuum in p
ace. Vide justum, velut
corporeæ carcere molis
inclusum, velle dissolvi,
ut incipiat esse cum Chri
sto. Dissolvi enim, et cum
Christo esse, multo mel
lius est.

¶ Senex puerum por
tabat, puer autem senem
regbat: * Quem virgo
concepit, virgo peperit,
virgo post partum, quem
genuit, adoravit. **¶** Acci
piens Simeon puerum in
manibus, gratias agens
benedixit Dominum. Quem.
Gloria Patri. Quem.

Lectio ix.

Ser qui vult dimitti, vé
niat in templum, vé
niat in Jerusalem, exp
ctet Christum Domini,
accipiat in manibus Ver
bum Dei, complectatur
operibus velut quibusdam
suae fidei brachiis: tunc
dimittetur, ut non videat
mortem, qui viderit vi
tam. Vides uberem in
omnes gratiam, Domini
generatione diffusam, et
prophetiam incredulis ne
gatum esse, non justis.
Ecce et Simeon propheta,
in ruinam et resurrectio
nem plurimorum venisse
Dominum Jesum Chri
stum: ut justorum iniquo
rumque merita discernat,
et pro nostrorum quali
tate factorum, judex ve

rus et justus, aut sup
plicia decernat, aut præ
mia. Te Deum. 17.

AD LAUDES,
et per Horas. Ant.

1. Simeon justus et timo
ratus expectabat redem
ptionem Israel, et Spiri
tus sanctus erat in eo.
Psalm. Dominus regnavit,
cum reliquis 48.

2. Responsum accepit Si
meon a Spiritu sancto, non
visurum se mortem, nisi
videret Dominum.

3. Accipiens Simeon pue
rum in manibus, gratias
agens benedixit Dominum.
4. Lumen ad revelationem
Gentium, et gloriam ple
bis tue Israel.

5. Obtulerunt pro eo Do
mino par turturum, aut
duos pullos columbarum.

Capitulum. Malach. 3.
Ecce ego mitto Angelum
meum, et præparabit
viam ante faciem meam.
Et statim veniet ad tem
plum sanctum suum Do
minator quem vos quari
tis, et Angelus testamenti
quem vos vultis.

Hymn. O gloriosa. clj.
¶ Diffusa est gratia in
labiis tuis. **¶** Propterea
benedixit te Deus in æter
num.

Ad Benedictus, Ant.
Cum inducerent puerum
Jesum parentes ejus, acci
pit eum Simeon in ulnas
suas, et benedixit Deum,
dicens: Nunc dimittis
servum tuum in pace.

Omnipotens sempiternae
Deus, maiestatem tuam
supplicibus exoramus : ut,
sicut unigenitum Filium
tuum hodierna die cum
nostrae carnis substantia
in templo est presentatus;
ita nos facias purificatis
tibi mentibus presentari.
Per eundem Dominum.

Ad Primam. in 4. br.
dicatur 7. Qui natus es de
Maria Virgine.

Ad Tertiam. Ant.
Responsum accepit Simeon.

Capit. Ecce ego mitto,
ut supra. 311.

4. br. Specie tua. * Et
pulchritudine tua. Specie
tua. 7. Intende, prospere
procede, et regna. Et pul-
chritudine. Gloria Patri.
Specie tua. 7. Adjuvabit
eam Deus vultu suo. 4.
Deus in medio ejus, non
commovebitur.

Ad Sextam. Ant.
Accipiens Simeon.

Capitulum. Malach. 5.
Ecce venit, dicit Domi-
nus exercituum : et
quis poterit cogitare diem
adventus ejus, et quis
stabit ad videndum eum ?
Ipse enim quasi ignis con-
flans, et quasi herba ful-
lōnum.

4. br. Adjuvabit eam, *
Deus vultu suo. Adjuva-
bit. 7. Deus in medio ejus,
non commovebitur. Deus.
Gloria Patri. Adjuvabit.
7. Elegit eam Deus, et

praelegit eam. 4. In ta-
bernaculo suo habitare facit
eam.

Ad Nonam. Ant.
Obtulerunt.

Triplacébit Domino sa-
crificium Juda et Jeru-
salem, sicut dies saeculi,
et sicut anni antiqui, dicit
Dominus omnipotens.

4. br. Elegit eam Deus,
* Et praelegit eam. Elegit.
7. In tabernaculo suo
habitare facit eam. Et
praelegit. Gloria Patri.
Elegit. 7. Diffusa est gra-
tia in labiis tuis. 4. Pro-
pterea benedixit te Deus
in aeternum.

Ad Vesp. Ant. de Laud.
Psalmi ut in Festis B. M.

Capit. Ecce ego, supi.

Hymn. Ave maris. xli.
Responsum accepit Simeon
a Spiritu sancto.

4. Non visurum se mor-
tem, nisi videret Christum
Domini.

Ad Magnificat. Ant.
Hodie beata virgo Maria
paterum Jesum presentavit
in templo, et Simeon
repletus Spiritu sancto ac-
cepit eum in ulnas suas,
et benedixit Deum in aeternum.

Deinde fit com. S. Blasii.
DIE III. FEBRUARII.

**Sancti Blasii Episcopi
et martyris.**

Ant. Iste. 7. Gloria.

Oratio.
Deus, qui nos beati Blá-
sii mártiris tui atque

Pontificis annua solemnitate
laxificas : concede
propitius : ut, cujus na-
talitia colimus, de ejus-
dem etiam protectione
gaudeamus. Per Domi-
num nostrum Jesum
Christum.

Lectio iij.

BLASIUS, Sebaste in Ar-
menia, cum virtutum
laude floreret, ejusdem
civitatis Episcopus eligitur.
Qui, quo tempore
Diocletianus insatiabilem
crudelitatem in Christianis
exercerat, se in speluncam
abditum montis Argæi,
ubi tandem latuit,
dum ab Agricola Præsidi
militibus venantibus
deprehensus, et ad Præ-
sidem ductus, ejus jussu
conjectus est in vincula.

Quo in loco multos agrò-
tos sanavit, qui ad Blá-
sium, ejus fama sanctitatis
adducti, deferébantur.
In illis puer fuit, qui de-
sperata a medicis salute,
transversa spina faucibus
inhærente, animam age-
bat. Productus autem ad
Præsidentem Blásius semel
et iterum, cum nec blandi-
tibus, nec minis adduci
posset, ut diis sacrificaret,
primum virgis caesus,
deinde, in equuleo
ferreis pectinibus dilaniatus
est : postremo dempto
capite, illiustre fidei testi-
monium Christo Domino
dedit, tertio Nonas Fe-
bruarii.

te Deum laudamus. 17.

PARS HIERMALIS.

DIE IV. FEBRUARII.

In Festo S. Andreae Corsini Episc. et Confess.

Duplex.

**Omnia de Communi
Confessoris Pontificis. Ij.**
præter sequentia.

**In Hymno. Iste Confessio,
mutatur tertius Versus.**

Oratio.

DEUS, qui in Ecclesia
tua nova semper in-
staüras exempla virtutum :
da populo tuo beati
Andreae Confessoris tui
atque Pontificis isti sequi
vestigia, ut assequatur et
præmia. Per Dominum.

**In primo Noct. Lectiones
de Scriptura occurrente.**

Si vero hoc Festum ce-
lebretur in Quadragesima,
Lectiones primi Nocturni
sumuntur ex Communi
Confessoris Pontificis.
Fidelis sermo. liv.
et nona Lectio legitur de
Homil. Feriæ, cum com-
memoratione de ea in
Vesperis, et laudibus.

Similiter si aliquod ex
sequentibus Festis occur-
rat in dicta Quadragesima,
in primo Nocturno
leguntur Lectiones quæ
habentur in Communi il-
lius Sancti, nisi propria
assignentur.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ANDRÆAM Florentiæ ex
nobilis Corsinorum fami-
lia natus, parentes
pateris a Deo impetrá-
runt, et beate Virgini

spondérunt. Qualis autem futurus esset, divino præsigio, antequam nasceretur, ostensum est: nam mater grávida sibi visa est per quietem luppum edidisse, qui ad Carmelitarum adem pergens in ipso templi vestibulo statim in agnum conversus est. Adollescens pie et ingénue educatus, cum sensim ad vitia declinaret, sæpe a matre increpatus fuit. Ubi autem cognóvit, se paréntum voto Deiparæ Virgini dicatum fuisse, Dei amore succensus, deque visu matris admónitus, Carmelitarum institutum amplectus est: in quo variis tentationibus a demone vexatus, nunquam tamen potuit a religionis proposito dimoveri. Mox Lutetiam missus, emenso studiorum curriculo, et laurea donatus, in patriam revocatur, suique Ordinis regimini in Hebrúria præficiatur.

¶ Invénit David.

Lectio vj.

INTEREA Fesulána Ecclesia suo viduata Pastore, eum sibi Episcopum elegit: quo munere se indignum aestimans, diu lauit ignotus, donec pueri voce mirabiliter loquens proditus, et extra urbem inventus, ne divina contradiceret voluntati, Episcopatum suscepit. Ea di-

gnitate auctus, humilitati, quam semper colerebat, impensius incubuit: et pastorali sollicitudini misericórdiam in pauperes, liberalitatem, orationis assiduitatem, vigiliis, aliasque virtutes adiunxit, et spiritu etiam prophético clarus fuit, adeo ut ejus sanctitas ab omnibus celebraretur.

¶ Pósui adjutorium.

Lectio vij.

HIS permotus Urbánus quintus, ad sedandas Bononiæ turbas, Andréam legatum misit: quo in munere multa perpessus, civium odia, qua ad interfectionem exarserant, summa prudentia restituit: tum restituta tranquillitate, ad propria reversus est. Nec multo post assiduis laboribus, et voluntaria carnis maceratione confectus, obitus die a beata Virgine sibi prædicto, ad cœlestia regna migravit anno Domini millesimo trecentésimo septuagésimo tertio, ætatis suæ septuagésimo primo. Quem Urbánus octavus multis magnisque miraculis clarum Sanctorum numero adscripsit. Ejus corpus Florentiæ in Ecclesia sui Ordinis quiescit, et maxima civium veneratione colitur, quibus non semel in præsenti discrimine presidio fuit.

¶ Isté est qui ante!

In iij. Nocturno Hom. in Evang. Homo peregre, de Com. Conf. Pont. lx.

In ij. Vesp. fit a Capit. de seq. cum com. præc.

DIE V. FEBRUARII. In Festo S. Agathæ Virginis et Martyris.

Duplex.

¶ Si dicti contigerit primas Vesperas integras, tunc dicuntur Añæ de Laudibus. 459. Psalmi de Dominica. 452. et loco ultimi, Psalm. Laudate Dominum omnes gentes. 456. Capitulum. Eccli. 31.

CONFITEBOR tibi Domine Rex, et collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus et 8. de Comuni Virginum. lxxxvij.

Ad Magnificat, Añæ. Stans beata Agatha in medio carceris, expansis manibus orabat ad Dominum: Domine Jesu Christe, magister bone, gratias tibi ago, qui me fecisti vincere tormenta carnificum: jube me Domine ad tuam immacescibilem gloriam feliciter pervenire.

Oratio.

DEUS, qui inter cetera potentia tua miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius;

ut, qui beata Agathæ virginis et martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Deinde fit com. S. Andrea Corsini, Añæ. Amavit. Justum. Oratio Deus, qui in Ecclesiâ, ut 515. Ad Matutinum, Invitat. et Hymnus de Comuni Virg. et Mart. lxxxix. in primo Nocturno.

Añæ. Ingénua sum, et ex spectabili genere, ut omnis parentela mea testatur. Psalmi iij. et ij. Nocturno de Comuni unius Martyris. xxij.

Añæ. Summa ingentitas ista est, in qua servitus Christi comprobatur.

Añæ. Ancilla Christi sum, ideo me ostendo servilem habere personam.

¶ Spécie tua, et pulchritudine tua. ¶ Intende, prospere procede, et regna.

Lectioes, Confitebor, ut in Comuni Virginum, ij. loco. cj.

¶ j. Dum torqueretur beata Agatha in mamilla graviter, dixit ad iudicem: ¶ Impie, crudelis, et dire tyrane, non es confusibilem amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? ¶ Ego enim habeo mamillas integras in tus in anima mea, quas ab infantia Domino consecravi. Impie.

¶ ij. Agatha latissime

et gloriánter ibat ad cárcerem, * Quasi ad épulas invitata : et agónem suum Dómino précibus commendabat. * Nobilissimis orta natalibus, ab ignóbili gaudens trahébatur ad cárcerem. Quasi. **R. ij.** Quis es tu, qui venisti ad me curáre vúlnera mea? Ego sum Apóstolus Christi: nihil in me dúbites filia: ipse misit ad te, * Quem dilexisti mente, et puro corde. * Nam et ego Apóstolus ejus sum, et in nómine ejus scias te esse curándam. Quem. **Gloria Patri. Quem.**

In secundo Nocturno.

Añ. Agatha sancta dixit: Si feras mihi promittis, audito Christi nómine, mansuescunt.

Añ. Si ignem adhibeas, rorem mihi salvificum de celo Angeli ministrábunt.

Añ. Agatha lætissime et gloriánter ibat ad cárcerem, quasi ad épulas invitata : et agónem suum Dómino précibus commendabat.

* Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in médio ejus, non commovebitur.

Lectio iv.

AGATHA virgo, in Sicilia nobilibus paréntibus nata, quam Panormitani et Catanenses civem suam esse dicunt, in persecutióne Déicii Imperatóris

Catanæ gloriósi martyrii corónam consecuta est. Nam cum pari pulchritudinis et castitatis laude commendaretur, Quintianus Siciliae prætor, ejus amore captus est. Sed cum, tentata modis ómnibus ejus pudicitia, Agatham in suam sententiam perducere non posset, Christianæ superstitiõnis nómine comprehénsa Aphrodisiæ cuidam mulieri depravándam tradit. Quæ Aphrodisiæ consuetudine cum de constantia coléndæ Christianæ fidei, et servandi virginitatis, removeri non posset, nuntiata illa Quintiano, se in Agatha operam perdere. Quare ille ad se virginem adduci jubet; et: Nonne, inquit, te pudet nobili genere natam, húmilem et servilem Christianórum vitam agere? Cui Agatha: Multo præstantior est Christiana humilitas et servitus, regum ópibus ac supérbia.

* Ego autem adjúta a Dómino, perseverabo in confessiõne ejus, qui me salvam fecit, * Et consolatus est me. * Grátias tibi ago, Dómine Jesu Christe, qui misisti ad me Apóstolum tuum curáre vúlnera mea. Et.

Lectio v.

QUAMOBREM irátus Prætor hanc ei optiõnem dat, velíne potius ve-

nerári deos, an vim tormentórum subire. At illa constans in fide, primum cólaphis caesa, mittitur in cárcerem: unde postmodum educta, cum in sententia permaneret, admóitis candéntibus láminis in equileo torquétur: tum ei mamilla abscinditur. Quo in vúlnerè Quintianum apellans virgo: Crudelis, inquit, tyránne, non te pudet amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? Mox conjécta in vincula, sequenti nocte a sene quodam, qui se Christi Apóstolum esse dicebat, sanata est. Rursum evocata a Prætorè, in Christi confessiõne perseverans, in acutis téstibus, et candéntibus carbómbus ei subjectis voluntatur.

* Ipse me curávit, qui per Apóstolum Petrum in custodiá me confortavit, pro eo quod jussa sum suspéndi in equileo. * Propter fidem castitatis adjuva me Dómine Deus meus, in tortúra mamillarum mearum. * Ipse me dignatus est ab omni plaga curáre, et mamillam meam meo pectori restituere. Propter.

Lectio vj.

Quo tómpore ingénti terrémótu urbs tota contrémuit, ac duo patres corrúentes, Silviniũ et Falcónium íntimos Præ-

tóris familiáres oppressérunt. Quare veheménter commóta civitate, véritus pópuli tumultum Quintianus, Agatham semimórtuam clam redúci impetravit in cárcerem. Quæ sic Deum precata: Dómine, qui me custodisti ab infántia, qui abstulisti a me amórem sæculi, qui me carnificum tormentis superiõrum præstulisti, accipe animam meam. Ea in oratiõne migravit in cœlum, Nonis Februarii: cujus corpus a Christianis sepelitur.

* Vidisti Dómine, et spectasti agónem meum, quómmodo pugnávi in stádio: sed quia nolui obedire mandatis Principum, * Jussa sum in mamilla torqueri. * Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. Jussa. **Gloria Patri. Jussa.**

In tertio Nocturno.

Añ. Nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus attractari, non potest anima mea in paradisum Dómini cum palma intrare martyrii.

Psalm. In Dómino confido, xxvii.

Añ. Vidisti Dómine agónem meum, quómmodo pugnávi in stádio: sed quia nolui obedire mandatis Principum, jussa sum in mamilla torqueri. **Psalmus.** Dómine, qui sis habitabit, xxviii.

Ann. Propter fidem castitatis iussa sum suspendi in equuleo: *Adjuva me Dñe Deus meus in tortura mamillarum mearum.*

Psalm. Conserva me. *xlj. Elegit eam Deus, et praelegit eam. In tabernaculo suo habitare facit eam.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. c. 19.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisei, tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quocumque ex causa? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 65. in Matth.

Dominus noster, quia ad virginitatem hortari grave esse videbatur, a necessitate legis de non solvendo matrimonio, eos ad cupiditatem illius trahere studet. Deinde ut eam esse possibilem ostendat, sic inquit: Sunt eunuchi, qui ex ventre matris ita nati sunt, et sunt qui ab hominibus eunuchi facti sunt, et sunt qui seipsos castraverunt propter regnum celorum. Quibus verbis latenter eos ad eligendam virginitatem inducit, dum eam virtutem esse possibilem adstruit.

R. Beata Agatha ingressa carcerem, expandit manus suas ad Deum, et

dixit: Domine, qui me fecisti vincere tormenta carnis: *Jube me ad tuam misericordiam pervenire. Domine qui me creasti, et tulisti a me amorem seculi, qui corpus meum a pollutione separasti. Jube me.*

Lectio viij.

In autem hoc fere modo confirmat. Cogita tecum si aut a natura talis esses, aut ab hominibus eam injuriam passus, quid faceres, cum et ejusmodi voluptate careres, et nullam carēdem mercedem consequeris? Gratias igitur nunc Deo agas, quod eum mercede atque coronis idem sustines, quod illi sine coronis ac premio tolerant: immo vero non idem, sed multo levius, tum quia spe erigens, et conscientia recte facti, tum quia non ita ingentibus concupiscentiis fluctibus jactaris.

R. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui, sed habeo Dominum Jesum Christum, qui solo sermone restaurat universa. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meo pectori restituere, ipsum invoco Deum vivum. Qui solo. Gloria Patri. Qui solo.

Lectio ix.

Ex ergo de illis eunuchis dixerit, qui nisi

etiam ipsi mente se continent, frustra et inutiliter tales sunt, ac de illis, qui ut regnum celorum consequantur, se continent, subjunct rursus, dicens: Qui potest capere, capiat: ut alacriores efficiat eo ipso, quod grave esse opus ostendit, et ineffabili benignitate sua noluit eam rem intra necessitatem legis concludere: idque dicendo, adhuc magis possibilem esse demonstrat, ut voluntatis studium plus augeatur. Te Deum laudamus. 17.

AD LAUDES,

et per Horas. Ann.

1. Quis es tu, qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi: nihil in me dubites filia. **Ps.** Dominum regnavit, *cum relig. 18.*

2. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui, sed habeo Dominum Jesum Christum, qui solo sermone restaurat universa.

3. Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia memor es mei, et misisti ad me Apostolum tuum curare vulnera mea.

4. Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi: quia per Apostolum tuum mamillam meam meo pectori restituisti.

5. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meam meo

pectori restituere, ipsum invoco Deum vivum.

Capitulum. Eccli. 51.

Confitebor tibi Domine Rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus et y. de Comuni Virginum. c.

Ad Benedictus. Ann.

Paganorum multitudo, fugiens ad sepulchrum virginis, tulerunt velum ejus contra ignem: ut comprobaret Dominus, quod a periculis incendii meritis beate Agathæ martyris suae eos liberaret.

Oratio.

Deus, qui inter cetera potentiam tuam miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius: ut, qui beate Agathæ virginis et martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Ad Tertiam. Ann.

Medicinam carnalem.

Capit. Confitebor, sup.

R. br. Specie tua, et pulchritudine tua. Specie tua. Intende, prospere procede, et regna. Et pulchritudine. Gloria Patri. Specie tua. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Añã.
Grátias tibi ago.

Capitulum. Eccli. 31.

LIBERASTI me secundum multitudinem misericórdia nómínis tui a rugiéntibus, præparáris ad escam, de má nibus quærentium ánimam meam, et de multis tribulatió nibus quæ circumdedérunt me.

R. br. Adjuvábít eam, * Deus vultu suo. Adjuvábít. *ŷ.* Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvábít.

ŷ. Elégít eam Deus, et prælégit eam. *R.* In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Añã.

Qui me dignátus est.

Capitulum. Eccli. 31.

LAUDABIT usque ad mortem ánima mea Dómino: quóniam éruis sustinéntes te, et liberás eos de manu angústia, Dómine Deus noster.

R. br. Elégít eam Deus, * Et prælégit eam. Elégít. *ŷ.* In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et prælégit. Glória Patri. Elégít. *ŷ.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Vesperas, Añã de Laudibus. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica. 432. et loco último, Psalm. Lauda Jérusalem Dóminum. 455.

Capit. Confítebor, sup. Hymnus. Jesu córona, de Communi Virgínum. c.

ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Añã.

Stans beáta Agatha in médio cárceris, expánsis má nibus orábat ad Dóminum: Dómine Jesu Christe, magíster bone, grátias tibi ago, qui me fecisti vincére tormenta carníficum: jube me Dómine ad tuam immareescibilem glóriam feliciter pervenire.

Deinde fit commem. S.

Dorothea Virg. et Mart.

DIE VI. FEBRUARII.
Sancta Dorothea Virg. et Martyris.

Añã. Veni. *ŷ.* Spécies. Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta Dorothea Virgo et Martyr implóret: qua tibi grata semper éxitit et mérito castitátis, et tuæ professiõnis virtútis. Per Dóminum nostrum.

LECTIO III.

DOROTHEA virgo, ex Cæsará Cappadócia, propter Christi confessiõnem ab Apricio Præsídè comprehénsa, Crystæ et Callistæ soróribus, quæ a fide defecerant, trádda est, ut eam a propósito removérènt. Sed contra factum est: nam eas Do-

róthea ad cultum Christiánæ religiõnis redúxit, propter quam étiam martyrium suscepérunt. Quare virgo equuleo diu torta, et palmis casa, ad extrémum capítis damnáta, duplicatam virginitátis et martyrii palmam accépit.

Te Deum. 47.

DIE VII. FEBRUARII.

In Festo sancti Romualdi Abbatis.
Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. lxx. præter sequentia.

In Hymn. Iste Confessor, mutatur tertius Versus.
Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Romualdi Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum.

In j. Nocturno Lect. de Script. occurrente; sed in Quadrag. Beátus vir, ij. loco. lxxxij.

In secundo Nocturno.
LECTIO IV.

ROMUALDUS Ravénna, Sérgio patre, nóbili genere natus, adolescens in propínquo monastério Classénsè penitentiæ causa secessit: ubi religiõsi hómínis sermõne ad pietátis stúdiùm vehementius incensus, viso étiam semel et terum per noctem in Ecclesiá beáto

Apollinári, quod Dei servus illi futúrum promissat, mónachus efflictor. Mox ad Marinum, vita sanctitate ac severiõis disciplina in finibus Venetórum eo témpore célebrem, se contulit, ut ad arctam et sublimem perfectiõnis viam eo magistro ac duce uterétur. *R.* Honestum.

LECTIO V.

MULTRIS sátána insidiis, et hómínium iavídia oppugnátus, tanto humilior se assidue jejuniis et oratiõibus exercébat, et rerum cœlestium meditatiõne, vim lacrymárum profúndens, fructuárit: vultu tamen ádeo læto semper erat, ut intúentes exilaréret. Magno apud Príncipes et Reges in honóre fuit: multique ejus consilio, mundi illícebris abjectis, solitúdinem petérunt. Martyrii quoque cupiditate flagrávit, ejus causa dum in Pannóniam proficiscitur, morbo, quo afflictabátur cum progredérètur, levabátur cum recederet, revérti cõgitur. *R.* Amávit eum.

LECTIO VI.

INMIRÁCLIS clarus, spiritu étiam prophetia non caruit. Scalam a terra cœlum pertingentem, in similitúdinem Jacob patriarchæ, per quam hómínes in veste cándida ascendebant, et descendebant,

per visum conspexit: eoque Camaldulenses monachos, quorum instituti auctor fuit, designari mirabiliter agnovit. Denique cum annos centum et viginti ageret, et centum ipsos in summa vita asperitate Deo servisset, ad eum migravit anno salutis millesimo vigesimo septimo. Ejus corpus quinquennio postquam sepultum fuerat, integrum repertum, Fabriani in Ecclesia sui Ordinis honorifice conditum est. & iste homo.

In iij. Nocturno Hom. in Evang. Ecce nos reliquimus omnia, ut in Comm. Abbatum. lxxxv.

In ij. Vesp. a Capit. fit de seq. cum com. praec.

DIE VIII. FEBRUARII.
In Festo S. Joannis de Matha Confessoris.
Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. lxxx. praeter seq. in Hym. iste Confessor, mutatur tertius Versus. Oratio.

Deus, qui per sanctum Joannem Ordinem sanctissimam Trinitatis ad redimendum de potestate Sarracenorum captivos coelitus instituire dignatus es: praesta quaesumus; ut, ejus suffragantibus meritis, a captivitate corporis et animae, te adjuvante liberemur. Per Dominum.

Deinde fit com. S. Romualdi, Abbatis, Aña. Hic. & Justum. Oratio. Intercessio. & 21.

In j. Nocturno Lect. de Script. occur. sed in Quadrag. Deatus vir, de Com. ij. loco. lxxxj.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

JOANNES de Matha, Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Institutor, Falcone in Provincia natus est, parentibus pietate et nobilitate conspicuis. Studiorum causa Aquas Sextias, mox Parisios profectus, confectoque Theologiae curriculo, magisterii lauream adeptus, doctrinae et virtutum splendore enituit. Quibus motus Parisiensis Antistes, ad sacrum Presbyteratus ordinem pra humilitate reluctantem promovit, eo consilio, ut in ea civitate commorans, sapientiae et moribus studiosae juventutis praeluceret. Cum autem in sacello ejusdem Episcopi, ipso cum aliis adstante, primum Deo Sacrum offerret, caelesti favore meruit recreari. Nam Angelus candida et fulgenti veste indutus, cui in pectore crux rubei et caerulei coloris assuta erat, brachiis cancellatis, et super duos captivos ad latera positos, Christianum unum, alterum Mau-

rum, extensis apparuit. Qua visione in extasim raptus, intellexit protinus vir Dei, se ad redimendos ab infidelibus captivos destinari. & Honestum.

Lectio v.

Quo vero maturius in re tanti momenti procederet, in solitudinem secessit, ibique divino nutu factum est, ut Felicem Valesium in ipsa eremo jam multis annis degentem repererit: cum quo inita societate, se per triennium in oratione et contemplatione, omniumque virtutum studio exercuit. Contigit autem, ut, dum secum de rebus divinis prope fontem colloquerentur, cervus ad eos accesserit, crucem inter cornua gerens, rubei et caerulei coloris. Cumque Felix ob rei novitatem miraretur, narravit ei Joannes visionem in prima Missa habitam; et exinde ferventius orationi incumbentes, ter in somnis admōniti, Romam proficisci decreverunt, ut a summo Pontifice novi Ordinis pro redimendis captivis institutionem impetrarent. Electus fuerat eo tempore Innocentius tertius, qui, illis benigne acceptis, dum secum de re proposita deliberat, in festo sanctae Agnetis secundo, Laterani intra Mis-

saerum sollemnita ad sacram Hostiae elevationem, Angelus ei candida veste, cruce bicolori specie redimentis captivos apparuit. Quo viso Pontifex Institutum approbavit, et novum Ordinem sanctissimam Trinitatis Redemptionis Captivorum vocari jussit, ejusque professoribus albas vestes cum cruce rubei et caerulei coloris praebuit. & Amavit.

Lectio vj.

Sic stabilito Ordine, sancti Fundatores in Galliam redierunt, primoque cenobio Cervi frigidum in diocesi Meldensi constructo, ad ejus regimen Felix remansit, et Joannes Romam cum aliquot sociis reversus est, ubi Innocentium domum, Ecclesiam, et hospitale sancti Thomae de Formis in monte Caelo eis donavit, cum multis redditibus et possessionibus. Datis quoque litteris ad Miramolinum regem Marochii, opus redemptionis felici auspicio inchoatum fuit. Tum ad Hispanias, sub jugo Sarracenorum magna ex parte oppressas, Joannes profectus est, Regumque, Principum, atque aliorum fidelium animos ad captivorum et pauperum commiserationem commovit. Monasteria aedificavit, hospitalia erexit, magnoque lucro animarum plures captivos re-

démittit. Romam tandem reversus, sanctisque operibus incumbens, assiduis laboribus attritus, et morbo confectus, ardentissimo Dei, et proximi amore exarsitans, ad extremum devénit. Quare fratribus convocatis, eisque ad opus redemptionis cœlitus præmonstratum efficaciter cohortatus, obdormivit in Dómino sexto decimo Kalendas Januarii, anno salutis millésimo ducentésimo décimo tertio, ejusque corpus in ipsa Ecclesia sancti Thomæ de Formis condigno honore tumulatum fuit. **R.** Iste homo.

In tertio Nocturno Hom. in Evang. in Sint lumbi, de Com. lxxviii.

Si fuerit in Quadrag., Lectio ix. legitur de Homilia Fer. occur., et de ea fit com. in Laud., et Vesp.

In ij. Vesp. fit com. S. Apolloniæ virg. et mart.

DIE IX. FEBRUARII. S. Apolloniæ Virg. et Martyris.

Añã. Veni. y. Spécie. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentia tua miracula etiam in sexu fragilibus victoriam martyri contulisti; concede propitius; ut, qui beate Apolloniæ Virginis et Martyris tue natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dóminum.

Lectio iij.

APOLLONIA, virgo Alexandrina, sub Décio Imperatore, cum ingravescente jam etate ad idola sisteretur, ut eis venerationem adhiberet: illis contemptis, Jesum Christum verum Deum colendum esse prædicabat. Quamobrem omnes ei contusi sunt, et evulsi dentes; ac, nisi Christum colendo deos coleret, accenso rogo combusturus vivam minati sunt impii carnifices. Quibus illa, se quamvis mortem pro Jesu Christi fide subituras, respondit: itaque comprehensa ut combureretur, cum paulisper, quasi deliberans quid agendum esset, stetit, ex illorum manibus elapsa, alacris in ignem sibi paratum, majóri Spiritus sancti flamma intus accensa, se injecit. Unde brevi consumpto corpore, purissimus spiritus in cœlum ad sempiternam martyri coronam evolavit. **T**e Deum laudamus. 17.

DIE X. FEBRUARII.

In Festo S. Scholasticæ Virginis. Duplex.

Omnia de Comm. Virg. lxxxvj. præter sequentia. Oratio.

Deus, qui animam beatæ Virginis tuæ Scholasticæ, ad ostendendam innocentiam viam, in columbæ spécie cœlum penetrá-

re fecisti: da nobis ejus méritis et precibus ita innocenter vivere, ut ad aeterna mereamur gaudia pervenire. Per Dóminum nostrum.

In Quadrag. fit comm. Feria.

In j. Noct. Lectione de Script. occurrente. Sed in Quad. De virginibus, ut in Commun. xxi.

In secundo Nocturno. Ex libro secundo Dialogorum S. Gregorii Papæ.

Lectio iv. c. 35.

SCHOLASTICA venerabilis patris Benedicti soror, omnipoténti Dómino ab ipso infantia tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat; ad quam vir Dei non longe extra jánuam in possessione monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis ejus descendit frater, qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris, simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam sederent, et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina soror ejus eum rogavit, diens: Quæso te, ut ista nocte me non deseras, ut usque mane de cœlestis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille respon-

dit: Quid est quod loqueris soror? manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat cœli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina, cum verba fratris negantis audivisset, insertas digitis manus super mensam posuit, et caput in manibus omnipoténtem Dóminum rogatura declinavit. Cumque levaret de mensa caput, tanta coruscationis, et tonitruum virtus, tantaque inundatio pluviae erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque fratres, qui cum eo aderant, extra loci limen, quo consederant, pedem movere potuerint. **R.** Propter.

Lectio v.

SANCTIMONIALIS quippe femina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvium in mensam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est: sed tanta fuit convenientia orationis et inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret: quatenus unum, idemque esset momentum, et levare caput, et pluviam depónere. Tunc vir Dei inter coruscans, et tonitruos, atque ingentis pluviae inundationem, videns se ad mo-

nastérium non posse remeare, cepit cónqueri contristatus, dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, soror, quid est, quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce rogávi te, et audire me noluit; rogávi Deum meum, et audivit me: modo ergo, si potes, egrédere, et me dimissa ad monastérium recede: ipse autem exire extra tectum non valens, qui remanere sponte noluit in loco, mansit invitus. Sicque factum est, ut totam noctem per vigilem dúcerent, atque per sacra spiritalis vitæ colloquia, sese vicaria relatione satiarent.

¶ Dilexisti justitiam.

Lectio vj.

CUMQUE die áltero eadem venerabilis fémina ad cellam propriam recessisset, vir Dei ad monastérium rédit. Cum, ecce, post triduum in cella consistens, elevátis in aëra oculis, vidit ejúsdem soróris suæ animam de corpore egressam, in columbæ spécie celi secréta penetrare. Qui, tantæ ejus glóriæ congaúdens, omnipoténti Deo in hymnis et laudibus grátias réddidit, ejúscue óbitum fratribus denuntiávit. Quos etiam prótinus misit, ut ejus corpus ad monastérium deferrent, atque in sepulchro, quod sibi ipsi paráverat, pónerent. Quo fa-

cto, cónigit, ut quorum mens una semper in Deo fúerat, eórum quoque cörpora nec sepulchra separáret. ¶ Afféruntur.

In iij. Nocturno Homilia in Evang. Simile erit, de Communi. xvij.

Si hoc Festum celebratur in Quadrag. Lectio iv. erit de Homil. Perim. et de ea sit com. in Laud. et Vesperis.

DIE XIV. FEBRUARII.
S. Valentini presbyteri et martyris.

Oratio.

PRESTA, quæsumus omnipotens Deus: ut, qui beati Valentini mártiris tui natalitia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

Lectio iij. Sermo sancti Augustini, Triumphális, de Communi unius Martyris. xxvj.

DIE XV. FEBRUARII.
SS. Faustini et Jovite martyrum.

Oratio.

DEUS, qui nos ánnua sanctorum mártirum tuorum Faustini et Jovite solemnitate letificas: concede propitius; ut, quorum gaudemus meritis, accendámur exemplis. Per Dóminum.

¶. ij. Hæc est vera fraternitas. xlvj.

Lectio iij.

FAUSTINUS, et Jovita fratres, nóbiles Brixiani,

in multis Itáliæ úrbibus, quo vincti, saviente Trajáni persecutióne, ducebántur, acerbissima supplicia perpéssi, fortes in christiana fidei confessióne persistérant. Nam Brixia diu vinculis restricti, feris etiam obféciti, in ignémque conjéciti, et a béstias, et a flamma integri et incólumes servátí sunt: inde vero eisdem caténis colligati, Mediolanum venérunt: ubi eórum fides tentáta exquisitissimis torméntis, tamquam igne aurum, in cruciátibus magis enituit. Póstea Romam missi, ab Evaristo Pontífice confirmati, ibi quoque crudelissime torquéntur. Dénique per dúcti Neápolim, in ea etiam urbe vário cruciati, vinctis manibus pedibusque, in mare demergúntur: unde per Angelos mirábiliter érepti sunt. Quare multos et constantia in torméntis, et miraculorum virtúte ad Christi fidem convertérunt. Postremo réducti Brixiam in ínio suscepti ab Adriáno Impérii, secútri percússi, illústrem martyrii coronam accéperunt.

¶ e Deum laudamus. 17.
DIE XVIII. FEBRUARII.
S. Simzonis Episcopi et martyris.

Oratio.

INFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus:

et, quia pondus propriæ actiõnis gravat, beati Siméonis mártiris tui atque Pontíficis intercessio gloriosa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

Lectio iij.

SIMEON, filius Cléophae, Spost Jacobum próximus Jerosólymis ordinátus Episcopus, Trajáno Imperatóre apud Átticum consulárem est accusátus, quod Christianus esset. et Christi propínquus. Comprehendebantur enim omnes eo témpore, quicúmque ex genere David orti essent. Quare multis cruciátibus torméntis, eódem passiónis genere quod Salvátor noster subierat, afficitur, mirántibus omnibus, quod homo ætate confectus (erat enim centum et viginti annorum) acerbissimos crucis dolores fórtiter constantérque paterétur. Te Deum. 17.

DIE XXII. FEBRUARII.
In Cathedra sancti Petri Antiochie.

Duplex majus.

Omnia ut in Cathedra Romana. 468. etiam Lectiones j. Nocturni cum Responsoris.

In secundo Nocturno.
Sermo sancti Augustini Episcopi.

Lectio iv.

SERM. 45. de Sanctis. INSTITUTIO solemnitatís hodiérna a seniõribus nostris Cathedræ nomen